

Ann. X.

ROMAE, Kal. Maiis M DCCCC VII.

Num. V.

# VOX URBIS


DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

SEMEL IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 4,80;  
ubique extra Italianam Lib. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; M. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in commentarii operculo  
Lib. 0.10 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem  
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



## Subnotatio fieri potest:

### IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud "KRONIKĄ RODZINNA"

VARSAVIAE POLONORUM

Rakowskie Przedmiescie, 15.

### IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

VARSAVIAE POLONORUM

Krakowskie Przedmiescie, 6.

### IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET  
S. Sed. Ap et S. Rit. Congr. Typ.

LONDON W.

28. Orchard Street.

### IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

RATISBONAE in BAVARIA.

MONTREAL  
1699, Rue Notre-Dame

## RERUM INDEX

Terra Sancta a Francis protecta ante cruciaturorum expeditiones.  
De ratione linguam latinam docendi axiomata.

Iacobus Monsabré.

In quatuor anni tempestates.

De sacrae musicæ instauratione.

In Graecis.

Colloquia latina. - Duos inter monachos hac temporum nequitia e Gallis in Italianam  
exsulantes LEANDRUM abbatem et PLACIDUM novitium.

Acta Pontificia. - SS. D. N. PP. PII X allocutio habita in Consistorio d. XVI mens.  
Aprilis M DCCCC VII.

Ex SS. Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae.

Diarium Vaticanum. - Coram SSmo admissiones. - Pontificiae electiones. - Vita funeti  
viri clariores. - Varia.

Germani Pio X Romae obsequentes.

Annales: Ondja urbs a Gallis occupata. - Rumenicae seditiones. - Haganus coetus  
de pace. - Rapallensis conventus. - Graecorum feriae. - Regum alia colloquia. -  
Londinensis solemnia.

Publici per Orbem coetus legibus ferendis.

Per Orbem.

Aenigmata.

Libri recens dono accepti.

In tertia operculi pagina:

ZENO - Tragoedia JOSEPHI SIMONIS Angli. (Passim retractavit hodiernisque scenis  
aptavit I. F.).

## ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

M DCCCC VII



**T. ET G. FRATRUM PARISI**  
**Pontificia officina Candelarum ad Sacra**  
**Facularumque sine oleo ad noctem, decem horas ardentium.**

ROMAE in ITALIA, in Foro Campi Martii, 6

Peculiaris candelarum liturgicarum fabricatio ad S. Sacrificii celebrationem - Cerei Paschales  
 - Lumen Christi - Cerei ad Officia Tenebrarum - Cerei ornamentis decori ad baptismata et  
 Sacram Synaxim primum recipiendam - Filum cera madefactum ad candelas accendendas.

*Merces ad omnes orbis portus nullo impendio iubentium, ne pro colligatione quidem, mittitur.*

**REQUIRANTUR CATALOGUS ET PRETIA**

Officinae honores concessere Summi Pontifices PIUS IX, LEO XIII, PIUS X.

Commercium epistolare habetur Italica, Latina, Anglica, Gallica, Thentonica, Hispanica lingua.

Sociis et lectoribus officinam hanc Candelarum ad Sacra enixe commendamus,  
 quae per orbem universum operis suae fructus iamiam disseminavit.

**SUPELLEX AD RES DIVINAS**

Commentarii VOX URBIS administratio recto tramite suppeditat supellectilem omnem, qua tum in templis, tum in oratoriis ad res divinas uti solemus.

Mandata ad VOCIS URBIS administratorem (Romam, via Alessandrina, 87) mittantur, res praecise indicando, quas quisque sibi cupit. Gratuito sumptuum aestimatio fiet.

**SATURIO,**

Comoedia latinis versibus conscripta a clarissimo viro  
 Ioanne Baptista Francesia et per Commentarii VOX URBIS  
 paginas vulgata, in volumen redacta est, quod apud Commentarii eiusdem administratorem venale prostat lib. 1.

IN LUDIS LITTERARUM OPTIMA TIRONIBUS SCENICE AGENDI EXERCITATIO.

PRE  
 In Italia: Lib.  
 Lib. 6,25, Doll. 1

TERRA SANCTA  
 ANTE CRUCIA

U SUS moresque s  
 tibus saeculis,  
 potissimum apud I  
 apud quos « fatalis  
 instar, eamdem per  
 etiamsi desint monu  
 monstrandum, ipsa ge  
 pore primorum Calip  
 a nostra rerum orient

Anno a Christo na  
 a Mahumeto Arabu  
 mis potitus est; ibi  
 eti partibus et secti  
 num M XCIX imperita  
 diu quidem non omn  
 stianis; quippe qui s  
 busdam conditionibus  
 quamquam eorum qu  
 Arabes non infrequen  
 Caroli autem Magni m  
 cultoribus in Oriente  
 tulisse, pacemque con

Caesarum Byzantine  
 inter immoderatum lu  
 siones deperibat, eo va  
 sub principibus Carol  
 itas. A Francis igitu  
 Byzantinis, atque effi  
 tum Ecclesia Romana  
 christiana, quam Occi  
 adire frequentius visi

Regnante Pepino, C  
 DCCLXII prima Francie  
 Bagdadensem profecta  
 eviderit et quo succesi  
 rant. Certiora novimus  
 legatis, quos Carolus M  
 Caliphum Harun-al-Ra  
 octavi misit. Francorum  
 labat, ut populi christi  
 lentis, protector esset  
 petitis Caliphus, eius  
 solymitanus Carolo, tun  
 coronam imperatoriam  
 Sepulchri et vexillum  
 addita sacrarum reli  
 ipsius Caroli idem Calip  
 nera, quae ad imperato  
 grani perlata fuerunt al  
 e tribus legatis unus  
 duo in itinere quinque  
 Processu vero temporan  
 gationes plures sunt  
 in suo robore iuribus C

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

## PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 4,80 — Ubique extra itallam:  
Lib. 6,25, Doll. 1,25, Sch. 5, M. 5, Rubl. 3, Coron. 6,25

## SEMEL IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR.  
ARISTIDES LEONORI, eques.  
ROMAE — Via Alessandrina, 87.TERRA SANCTA A FRANCIS PROTECTA  
ANTE CRUCIATORUM EXPEDITIONES

**U**sus moresque suos Orientis regiones, labentibus saeculis, parum immutarunt: quod potissimum apud Mahumetanos cernere est, apud quos « fatalismus », exenterati horologii instar, eamdem perpetuo horam signat. Quare, etiam si desint monumenta historica ad rem demonstrandam, ipsa gentium indoles evincit, tempore primorum Caliphorum, non adeo diversam a nostra rerum orientalium conditionem fuisse.

Anno a Christo nato DCXXXVII, Omar, alter a Mahumeto Arabum dux, urbe Ierusalem armis potitus est; ibique Corani asseclae, variis etsi partibus et sectis addicti, usque ad annum M XCIX imperitaverunt. Quorum dominatio diu quidem non omnino intolerabilis fuit christianis; quippe qui sinebantur, sub certis quibusdam conditionibus, suum exercere cultum; quamquam eorum quietem motus civiles, apud Arabes non infrequentes, identidem turbabant. Caroli autem Magni munus et gloria fuit, Christi cultoribus in Oriente tutamen ex Occidente attulisse, pacemque conciliasse stabiliorem.

Caesarum Byzantinorum potentia quo magis inter immoderatum luxum et religiosas dissensiones desperabat, eo validius succrescere coepit, sub principibus Carolingiis, Francorum auctoritas. A Francis igitur promptiore, quam a Byzantinis, atque efficaciorem repetebat opem tum Ecclesia Romana, tum ipsa Palaestina christiana, quam Occidentales, pietatis causa, adire frequentius visi sunt et peragrare.

Regnante Pepino, Caroli Magni patre, anno DCCLXII prima Francorum legatio ad Caliphum Bagdadensem profecta est: quo tamen fine id evenerit et quo successu, historici non memorant. Certiora novimus ex Eginhardo de aliis legatis, quos Carolus Magnus ad potentissimum Caliphum Harun-al-Raschid sub finem saeculi octavi misit. Francorum rex id sibi ius postulabat, ut populi christiani, Palaestinam incolentis, protector esset et agnosceretur. Annuit petitis Caliphus, eius iussu patriarcha Hierosolymitanus Carolo, tum Romae degenti moxque coronam imperatoriam accepturo, claves Sancti Sepulchri et vexillum urbis Ierusalem remisit, addita sacrarum reliquiarum copia. Legatis ipsius Caroli idem Caliphus ditia tradiderat munera, quae ad imperatorem anno DCCCI Aquisgrani perlata fuerunt ab Isaac Iudeo. Is nempe e tribus legatis unus erat superstes; reliqui duo in itinere quinquennali demortui fuerant. Processu vero temporum, amicae huiusmodi legationes plures sunt iteratae, persistentibus in suo robore iuribus Carolo tributis.

Iura haec eadem fere erant, quae recensentur in actis diplomaticis, quae « capitulationes » nuncupantur. Suprema in iis auctoritas principum arabum agnoscebat. Conferebatur tamen Francorum regi, non nuda appellatio honorifica, sed vera in christianos variorum rituum in eorumque possessiones iurisdictione, quae generatim per patriarcham Hierosolymitanum exercebatur. Regius interventus in hoc saepissime consistebat, ut ad sublevandam Orientalem inopiam et reficienda templa, stipes ex Occidente mitterentur; neque id in Palaestinam tantum, verum etiam in ceteras Arabum provincias, uti Alexandrinam, immo et Carthaginensem. Hunc in finem patriarchae solebant mittere nuntios, qui Occidentalem eleemosynas colligerent; quas copiosas fuisse ex monumentis non paucis constat. Sic Ludovicus cognomine Pius aliisque successores, in Terrae Sanctae gratiam, denarium ex singulis regiis mensis seu praediis percipi iusserunt. Sic Ioannes Papa VIII, quamquam a Saracenis Italianam devastantibus damna ingentia pertulerat, anno DCCCLXXIX tribus monachis Hierosolymitanis stipem elargitus est non modice, quam ipse, tot calamitates perpessus, doluit quidem esse votis minorem.

Tum etiam per totum Occidentem ingens orta est cupidio et pius inventus est mos visendi loca, quae Christus Dominus suis vestigiis suaque morte sacraverat: quae religiosae peregrinationes passim aut voti ergo aut poenitentiae causa suscipi consueverunt. Varia mox condita sunt a Latinis domicilia peregrinis exceptiendis. In agro sanguinis, cui nomen Hacel-dama, Carolus Magnus hospitium aedificari iusit cum ecclesia et bibliotheca, institutis ibidem nundinis.

Minori iam, quam antea, temporis spatio et periculo ad Loca Sancta accedebat. Anno DCXXII, Willibaldus Anglus, Roma profectus, itu ac reditu, solidum insumpserat septennium, mille vitae discrimina perpessus. Non ita saeculo IX ac X accidere solebat. Tum fas erat peregrinus, si litteras gerebant publica auctoritate datas, per Orientem iter facere. Hae quidem litterae locorum magistratibus erant exhibendae, quibus solvebatur vectigal, quemadmodum apud Occidentales quoque fieri solebat. Quae si rite servabantur, satis securum erat iter. De qua securitate Bernardus monachus, sub finem saeculi IX, ita scribere non dubitavit: « Si forte iumentum meum in via perierit, ego, relictis ibi sine custode rebus, ad proximum contendo oppidum ut aliud iumentum emam: certus, quum rediero, omnia fore intacta. Qui tamen iter fecerit destitutus litteris, sigillo alicuius inter Arabes dynastae im-

pressis, is in carcerem coniicitur, donec constet, utrum explorator sit, an secus ».

Graviores igitur vexationes, post Carolum Magnum, iam non experiebantur in urbe Ierusalem christiani. Quare Theodosius, urbis huius patriarcha, ad patriarcham Constantinopolitum S. Ignatium scribens, declarare potuit « Arabes esse iustos nec vim christianis inferre ». Hinc in annualibus huius aetatis creberrima fit mentio de peregrinatione Hierosolymitana a viris ecclesiasticis ex Occidente profectis, a monachis, a laicis, ab ipsis mulieribus suscepta, vel etiam plures iterata. Circa annum DCCXX, S. Conradus, episcopus Constantiensis, iter illud primum instituit, quod dein secunda ac tertia vice aggressus est. Fulco, abbas Flaviniensis, quum Palaestinam petiisset, sacras inde reliquias suo monasterio attulisse legitur. Hilda, Sueviae comitissa, Hierosolymae, quo pietatis causa accesserat, vita funeta est. Iuditha, Othonis Magni affinis, similiter Palaestinam invisit; hinc fragmentum salutiferae Crucis retulit Leo, frater Aligerni, Cassinensis abbatis. Alius Cassinensis abbas, Ioannes Beneventanus, pater Palaestinam, monachos in monte Atho, in celebri illo monte, invisit. Postremo decennio saeculi X, iter Hierosolymitanum suscepserunt Popo, abbas Stavelotanus, et Fridericus comes Virodunensis; ineunte vero saeculo undecimo, idem fecerunt Rogerus abbas et Fulco, comes Andegavensis. Eodem fere tempore, ipsa Scandinavia atque ultima Thule (Islandia) primos ad Christi Sepulchrum mittere coepit peregrinos.

Hactenus piis peregrinis, qui plerumque bini tantum aut terni consociabantur, iter satis tutum atque expeditum patebat, etsi anno DCCCLIX nova Fatimidum dynastia, ex Africa oriunda, Palaestinam occuparat. Res tamen in peius verterunt, quum anno M IX crudelissimus Hakem, quem amentem fuisse non pauci historici affirmant, saevissimam suscitavit in Palaestina christianos persecutionem. Tyrannus hic templum S. Sepulchri atque omnia Christianorum sanctiora aedificia funditus evervit, adeo ut ex operibus Caroli Magni nihil iam superasset nisi ruinae, ac fama tantum, quae Francorum nomini in Oriente perpetuo adhaerere comperta est.

Imminuta post decennium violentia Musulmana, non rediit tamen pacis securitas. Eo tempore, iam non cernimus sanctam peregrinationem ab inermibus susceptam; sed a duce normanno Roberto, cui cognomen Diabolus, qui quadraginta stipatus equitibus loricatis, gladiis ac lanceis viam sibi ad S. Sepulchrum apernit. Sub finem eiusdem saeculi XI, quum interim ferocissima Turcarum gens Palaestinae potita esset, sacrae tandem cooperunt expedi-

tiones cum ingenti armatorum numero, in quibus christianus Occidens, primo conflietu, urbem sanctam cepit, et regnum Hierosolymitanum, parum eheu! duraturum, sub Godefrido Bullionensi constituit.

### DE RATIONE LINGUAM LATINAM DOCENDI AXIOMATA

*Ad Magistros Linguae Latinae.*

**D**UABUS rebus, amici honestissimi, contrariis pugnantibus, quaelibet ratio rudimenta latina tradendi consulere debet, facilitati discedi et rerum quae traduntur sufficientiae. Illa quippe ad animos dissentium, haec ad ipsam lingua refertur. Etenim neque ultra vires captumque discipulorum nostrorum agere expedit, neque tamen omittenda sunt ea quae ad rem latinam probe et utiliter perficiendam pertinere intelligimus. Utrique autem rei satis factum esse constabit, si sine nimio labore et tempore ad lectionem scripti alienius perventum erit.

Apud Americanos quadriennium latinum vulgo ita administratur, ut primus annus rudimentis detur, reliquis deinceps annis Caesaris quattuor commentarii, Ciceronis sex orationes, Vergilii sex libri cum eclogis aut mille versibus Ovidii perlegantur. Omnis igitur eorum industria qui elementarios libros latinos conficiunt eo demum spectat, ut Caesariana pensa cum aliqua tolerabili grammatices, verborum, consuetudinumque sermonis perceptione intra biennium absolvantur. Universi sermonis scientiam dissentibus comparare pauci doctores officii sui dueunt. Hinc passim fieri videmus ut primo anno nihil nisi Caesarianum tradatur; immo vero sunt, qui ex aliqua breviore Caesaris parte, ex. gr. e secundo libro tanquam facillimo omnium, omnia vocabula et exempla petenda censeant. Per secundum autem annum, dum Caesar in manibus est, tot tantaeque difficultates, maxime grammaticae, restant solvendae, ut non modo ad generalem usum linguae latinae, sed ne ad Ciceronem quidem, qui proxime legetur, ulla praeparatio fieri possit.

His ego nimis angustis rationibus disciplinae latinae opitulari nos ac mederi oportere deo. Nam et plura sunt emolumenta studiorum latinorum quam quae ex tam exili scientia elici possint, et ad melius propositum via melior invenienda est. Ergo in meis scholis mutare quaedam atque emendare semper studi, eo scilicet consilio ut universae latinitatis scientiam (quantum facere possem) constanter peterem. Nefas enim videtur si, ceteris paribus, quam plurimum nostris prodesse non euremus.

Quamquam — mirabile dictu — non semper licet magistris optime agere. Obstant interdum praefecti seholiarum. Etenim apud nos in scholis maioribus sive praeparatoriis pessima inveteravit consuetudo, qua omnis disciplinarum institutio ad praefectos scholarum, tanquam ad solos eiusque rei doctores, pertinere existimat. Scilicet omnia is docere censemur qui scholae praest, quasi ipsi praeeceptores nihil aliud sint quam praefecti ora et manus. Quae res

quam absurdia sit, quam perversa, quam misera, quam remota a spe veri progressus nemo non videbit. Proficere enim in studiis optimis tantum licebit, quantum permittet praefectus, fortasse barbars. Vel nuperime in oppido quodam reip. Colorado, ubi latina cum studio tradebam, praefectus scholae, iuvenis hand indoctus, verum latinae linguae adeo expers ut, me teste, verbum *amo* per subiunetivum activum declinare nesciret, suas opiniones falsissimas tam vehementer mibi imponebat exsequendas, ut exceedere e schola necesse esset. Sed redeamus ad propositum.

Quattuor autem commendo axiomata docendi in eis partibus disciplinae latinae, quas ad facilitatem et sufficientiam pertinere arbitror.

Primum omnium, de tempore quo legere aliquid scriptum incipient pueri, suaserim equidem ut quam primum ad scriptorem aliquem perducantur. Is autem scriptor Caesar esse non debet. Neque enim imparatos ad Caesarem miserim, neque tamen ab aliqua lectione diu prohibuerim. Quod si probe instructi Commentarios suscipiant, alterum semestre secundi anni abunde sufficiet. Ad illud usque tempus in facilius versentur lectionibus et universam latinitatem cum ratione, studio, suavitate acquirant.

Deinde de electione librorum qui ante Caesarem legantur ingenue fateor me a plerisque magistris aliquatenus dissentire. Plerique enim ad ea quae leguntur grammaticam disciplinam accommodare student: quod commode fieri posse non puto. Nam quam diu carebunt discipuli generali scientia grammaticae latinae, tam diu lectio iam notis legibus grammaticis contineri debet. Denique facilius tantum lectiones fiant et grammaticarum rerum institutio, nullis obscurioribus impedita quaestioribus via sua ac ratione libere procedat.

Hie quaerat quispiam: Quosnam possumus libros adhibere? Europaeis respondere non possum; illa enim *Epitome Historiae Sacrae* difficilior est: Americanis autem duo saltem libelli non desunt: *Gradatim* qui inserbitur, et *Fabulae Faciles*.

Si primum curriulum grammaticum octoginta circiter diebus peragi potest, iam inde a vicesimo die eam possunt discipuli habere scientiam, quae primis quinque lectionibus in *Gradatim* repertis sufficiat. Hae autem decem (opinor) dies requirent. Interea grammatica institutio ad alias declinationes proferri potest. Uno quidem incommodo laborat *Gradatim*, quod nimis est in verborum varietate. Haec tamen satis facilis sunt. *Fabulas* vero *Faciles*, auctore Ritchie, quis dignis celebrabit landibus? Scilicet de Perseo, de Hercule, de Argonautis, de Ulyce vocabulis locutionibusque vere Caesarianis apte, facile, suaviter narratur. Quod si continuabitur usque grammatica disciplina et amplius copiosiusque enarrabitur, duo libri cum magna scientia grammaticae uno anno absolventur.

Tum — quod tertium axioma est — etymologiae vehementer studendum est, idque duabus de causis et dupliciter: primum quod latina de latinis plurima derivantur, deinde quod a patris sermone ingens multitudo latinorum verborum facilis negotio divinatur. Verbi gratia,

terminationes considerate *tor* v. *sor*, *trix*, *tio* v. *sio*, *tura* v. *sura*, *torius*, *tus* (participium), eum idiotismo illo, quo praeteritum perfectum tempus fit: porro illa *anus*, *enus*, *inus*, cet. et *osus*, *lentus*, *stus* (ex. gr. robustus) quam infinitam dant copiam! Immo vero in hac re haud mediocre utilitas studiorum latinorum reperitur; sed in rudimentis tradendis ego non tam philologicam subtilitatem quaerendam puto, quam meram vocum libertatem.

Postremo in compositione seu scriptione latina propriam tueor sententiam, quare ne nimis nova videatur valde timeo. Contendere tamen pro alieno bono non reusabo. In quavis quidem institutione sermonis latini scribere aliquid pueri ab initio iubentur: praescribuntur autem sententiae quas vertant. At haec exercitatio quum et nimis angusta sit et omnibus odiosa, ego aliam agendi rationem pro meis exequitavi, eodem (ut spero) tendentem sed aliquanto suaviorem. Scilicet, praecipio ut aliquid conserbat, sed ipsis discipulis et argumentum et modum scribendi permitto. Suo quisque utitur iudicio, dummodo intra certos fines vel verborum vel grammatices se contineat. Hac re fieri potest, ut nota et utilia cum novitate et suavitate rite permisceantur, et a molestia quam longissime pensa absint.

Sed haec hactenus. Iam nihil restat nisi ut ad virum doctissimum Galdi panca respondeam. Laudari me a viro laudato quantum mihi attulerit gaudium dicere non possum: corrigi autem me ab eodem facile patior. Nihilominus tueor quartum illud axioma meum alias hisce in paginis propositum, «longiores locutiones pro singulis verbis dari oportere». Quamquam haud scio an «brevores locutiones» scribere debuerim. Scilicet longiores singulis verbis locutiones tradi iubebam, quales sunt *puer* et *puella*, *valde formosa femina*, *perquam pulcher*, *nulla eget emendatione* (vox indicantis pensa a pueris reddita). Fortasse igitur ne hac quidem re dissentimus. Id si ita est, magis gaudeo. Valete.

Scrib. in op. S. Boise Idaho, mense Martio M DCCCVII.

THEO. TAYLER CHAVE.

### IACOBUS MONSABRÉ

**D**OMINICANUS ille sodalis, eius obitum catholicæ omnis Gallia deflet, pulpitud atque suggestum plurimis iam ab annis dereglicherat, atque in supremæ aetatis pace præmium tot laborum exspectabat, quos pro Ecclesia Dei fortissimo animo sustinuerat.

Religiosum novissimum bellum, quod Galliae magistratus aetate recentissima in eamdem Ecclesiam moverunt, dies eius senectutis plurimum contristaverat; cuius infinita fere amaritudine reliqua eius vita oppressa est. Publicam enim vitam eo adamussim tempore ille inierat, quo tot Gallorum clades patriæ sua fortunam inopinato subverterant; mortuus est autem quum omnis tandem religio eius sacrilego ausu deleri contendit.

Natus ille erat atque ab ipsa adolescenciam fuerat ingressus daire, orator facundus ditiones maiorum nobilitatis batur. Tanta facundia Didon, atque Ollivier, bilissimi fecerant, duit.

Lacordaire vero, hominum notitia insdotis perspiciens ad eximiam enim eruditus

Eo magistro exculpatus celeberrima plausu habuisset, anno M DCCV templum acutus est Carmelitae succedere, et brevi a ministerio extinto bello, anno M DCCXC inde unde per annos quotquot oculi audientes ex omni genere facundiae devinxerunt eius spiritus veluti febris vitam haurire, idque simae dominicis, quando andidendum esset frequenter, quum novissima aetatem tam bene diceret et templum dereliquerit eloquentia siluit; sed se scriptis effudit, quae Europae sermonem br. *Parvae Quadragesima* *Adventu*, *Tractatus de* *tatione*.

Eius autem facundia in poesi et igni una et ordine et perspicue aquinatis «Summa» probat sapientiam, quam per Quamobrem saeri orationem et omni cumulatione tulit, atque ab eorum qui Evangelii simplicis dñis illecebris corrumpit, Attamen sermones eius vertices attingunt: quod contigit, quum intimus eius abundantia commoveret. Id olim templo, a Borussis quem Paschatis die dicens, populorum quod memoravit Galliaeque neque secus feria sex Parisiis in Basilica Nostra domini et agones patriae revocavit.

Verumtamen non omnino eximius praefulsit, sed pidissimae pariter atque gerrima morum fama commercio

Nam et inter plausus animi modestiam nunc sertim ex verbis enite cuius titulus *Catholicum* moriae dicavit.

ate tor v. sor, trix, tio  
rius, tus (participium),  
praeteritum perfectum  
inus, enus, inus, cet. et  
(robustus) quam infini-  
no vero in hac re hand  
orum latinorum reperi-  
tradendis ego non tam  
em quaerendam puto,  
bertatem.

ione seu scriptione la-  
tentiam, quare ne ni-  
lde timeo. Contendere  
non recusabo. In qua-  
sermonis latini scribere  
iubentur: praescribun-  
as vertant. At haec exer-  
angusta sit et omnibus  
di rationem pro meis  
ero) tendentem sed ali-  
cet, praecipio ut ali-  
psis discipulis et argu-  
ribendi permitto. Sno  
dummodo intra certos  
grammatices se conti-  
ut nota et utilia cum  
te permisceantur, et a  
ne pensa absint.

am nihil restat nisi ut  
aldi pauca respondeam.  
lato quantum mihi at-  
non possum: corrigi au-  
le patior. Nihilominus  
oma meum alias hisce  
longiores locutiones pro-  
tere». Quamquam haud  
iones » scribere debue-  
ingulis verbis loentio-  
es sunt puer et puella,  
perquam pulcher, nulla  
indicantis pensa a pue-  
gitur ne hac quidem  
est, magis gaudebo.

mense Martio M DCCCCVII.  
eo. TAYLER CHAVE.

## ION SABRÉ

lis, cuius obitum ca-  
llia deflet, pulpum  
is iam ab annis dere-  
iae aetatis pace prae-  
tabat, quos pro Eccle-  
sia sustinuerat.

bellum, quod Gal-  
centissima in eamdem  
s eius senectutis plu-  
ius infinita fere ama-  
oppressa est. Publi-  
mussim tempore ille  
clades patriae suae  
tererant; mortuus est  
em religio eius sacri-  
tut.

Natus ille erat anno MDCCXXVII Bluaei,  
atque ab ipsa adolescentia ecclesiastici ordinis  
viam fuerat ingressus. Tunc Dominicus Lacorda-  
aire, orator facundia insignis, patriam ad tra-  
ditiones maiorum nobilissimas revocare nite-  
batur. Tanta facundia captus Monsabré, ut  
Didon, atque Ollivier aliique multi viri no-  
bilissimi fecerant, S. Dominici vestem in-  
duit.

Lacordaire vero, vir et facundia pariter et  
hominum notitia insignis, praeflaras iuvenis  
dotis perspiciens ad oratoris saeculi artem plane  
eximiam eum eruditiv.

Eo magistro exultus, postquam multo cum  
plausu celeberrima per Galliae tempora sermones  
habuisset, anno MDCCC LXIX ad Nostrae Dominae  
templum accitus est, ut Hyacintho Loisonio  
Carmelitae succederet. Sed clades ac seditiones  
eum brevi a ministerio arcuerunt. Rediit tamen,  
extinto bello, anno MDCCC LXXII, neque ad an-  
num MDCCC XC inde unquam discessit. Tot itaque  
per annos quotquot oratorium artem exercuit  
audientes ex omni genere, sexu, aetate et gente  
suae facundiae devinxit. Erant enim sermones  
eius spiritus veluti feriae, quos inter audientes  
vitam haurirent, idque maxime in Quadrage-  
simae dominicis. quum populi concursus ad  
audiendum esset frequentissimus; iure quidem,  
quum novissima aetate nemo ad tuendam Fi-  
dem tam bene diceret. Quum vero suggestum  
et templum dereliquerit, non ideo tamen eius  
eloquentia siluit; sed suscepto calamo plurimis  
se scriptis effudit, quae praelo edita, in omnem  
Europae sermonem brevi translata sunt, uti  
*Parvae Quadragesimae, Sermones Romani de  
Adventu, Tractatus de Praedicatione et Ora-  
tione.*

Eius autem facundia, non, ut Lacordaire,  
in poesi et igni una constituit, sed in doctrina,  
et ordine et perspicuitate. Ex Thomae enim  
aquinatis « Summa » potissimum eam deduce-  
bat sapientiam, quam populo coram explanabat.  
Quamobrem saeculi oratoris veluti perfectissi-  
mum et omni cumulatum dono specimen protulit,  
atque ab eorum superbis longe abfuit,  
qui Evangelii simplicitatem falsae pulchritu-  
dinis illecebris corrumpere omni ope satagunt.  
Attamen sermones eius altissimae saepe poeseos  
vertices attingunt: quod oratori tunc maxime  
contigit, quum intimo animi affectu commo-  
tus, eius abundantia populum omnem plane  
commoveret. Id olim in Metensi cathedrali  
templo, a Borussi recess capto, factum est,  
quum Paschatis die de resurrectione Dominicana  
dicens, populorum quoque resurrectiones com-  
memoravit Galliaeque ultionem est auspicatus:  
neque secus feria sexta maioris hebdomadae  
Parisiis in Basilica Nostrae Dominae, ubi do-  
lores et agones patriae suae mira eloquentia  
revocavit.

Verumtamen non oratoris tantum laude vir  
eximius praefulsit, sed etiam conversationis le-  
pidissimae pariter atque lectissimae cum inte-  
gerrima morum fama coniunctae, qua per om-  
nem vitam est commendatus.

Nam et inter plausus populorum ingentes  
animi modestiam nunquam exuit, quod praes-  
ertim ex verbis enitet, quibus librum suum  
eui titulus *Catholicum Dogma Lacordaire me-  
moriae* dicavit.

Eius itaque coram exuvias nostras quoque  
laerimas cum Gallorum fletu praestat commi-  
scere, atque auspicari simul ut inter teter-  
rimum disserim, cui Gallica Ecclesia hodie  
occurredit, paris virtutis milites multos ei Deus  
comparat ad salutem.

*In quatuor anni tempestates*

Sapphicon

*Sylva vernantes decorata crines  
Veris antiquos retulit tepones:  
Cuncta iam rident: rediere siccis  
Gramina campis.*

*Mox ab ardenti requiescat aestu  
Pastor, et lympham strepitantis annis  
Hauriet siccus, duplicante Phoebo  
Ignibus ignes.*

*Surget Autumnus: nemus omne laeto  
Alitis cantu resonabit: altis  
Arborum ramis gravis est racemus,  
Uva renidet.*

*Integrum posthac nemori decorem  
Auferent Septem gelidi Triones,  
Dum gelu sistunt celeres acuto  
Fluminis undae.*

*Sic fluit semper renovatus annus:  
Labitur mensis: geminantur horae:  
Nulla si transit redditura lux est,  
Nullus et annus.*

*Disce, mortalis, tua fata: rerum  
Hinc vices, vultus variosque dice,  
Donec incertus scopulosa semper  
Aequora mundi*

*Navigas: frustra cohibere fluctus  
Cogitas, quales Boreas, vel Auster  
Iactat, inter se violenta quando  
Proelia miscent.*

*Si sapi, Caelum tua vota quaerant:  
Littus hoc unum studeas carina  
Tangere: heu stultus quid adhuc moraris?  
Linteal solve.*

*Tolle sublimes super astra vultus:  
Patriae te lux capiat beatae,  
Alma quo seumno stabili locata est  
Paxque quiesce.*

*Hinc procul curae, procul hinc metusque  
Inter apri spatiosa campi  
Tutus incedes, niveoque carpes  
Pollice flores.*

*Hinc iuvat lassam recreare mentem,  
Gaudiis saecli procul hinc remotis,  
Sola mortales faciet beatos  
Vera voluptas.*

Fractamaiore, kal. April. M DCCCCVII.

CARMELUS PEZZULLO.

De sacrae musices instauratione<sup>(1)</sup>

JOANNES Ruskinus triginta post annos ex quo  
primum aedes Marcianas Venetiis lustraverat,  
maximi templi pulchritudinem nondum sese  
intellexisse fatebatur, eo quod numquam in-  
quisisset qua de causa illud fuisset exstructum.  
Atqui de sacris musices concentibus non secus  
quaerendum plurimis fidelibus foret, quanam  
primum ratione illi inter sacra inuesti fuerint.  
Plerique enim peraegre concedunt ritualem  
potissimum partem canticis sacris esse ante  
omnia tributam.

Non ideo, ut reliquae artes, pictura praeser-  
tim aut sculptura, non ut tabulae et signa,  
non ut flores et serica textilia sacri concentus  
in templo resonant, sed quia sacrae liturgiae  
partes sunt praecipuae et sacrificio sancto par-  
ticipant. Concentus itaque qui pulchritudini tan-  
tum exprimendae inserviunt non sunt sacris  
coeremoniis condigni. Quod ideo ad finem  
suum praecipuum hand inservit, pellendum  
extemplo est. Eam ob rem liturgiae leges ante  
omnia custodiendas in condenda sacrae musice  
Pius PP. X commendavit. Cuius praecepti ob-  
servantia, non modo templorum decori neces-  
saria iamdudum appetet, sed etiam munus  
omni ope adimplendum nostrae ut musices  
traditiones eaque gloriosissimae custodiantur.

Tum enim ecclesiae tum musices historia  
docent Seminaria dioecesana, quae a Tridenti-  
na Synodo primum condita sunt, ex ipsis  
scholis cantorum puerorumque scholis esse de-  
rivata, quae et Gregorius cognomine Magnus  
et Guido Arethinus primi condidere et propa-  
garunt. Itaque Carolus Borromaeus Tridenti-  
nis decretis ut obsequeretur sacros concentus  
tum inter sacerdotes tum inter populum  
diffundi impense sategit. Neque id satis: Pur-  
puratorum enim Patrum patrocinio usus. Petro  
Aloisio illi Praenestino viam stravit, qua no-  
vos suos concentus ei condere licuit, per uni-  
versam Ecclesiam adhuc immortales.

Verumtamen Petro hoc vita functo anno  
MDXCIV, sacrae musices concentus corrupti coe-  
perunt. Profecto artium ingenuarum invalescens  
in dies delectatio populi fidem paulatim corrum-  
pebat, etsi id Venetiis Gabrielorum, Romae vero  
Petri Aloisii asseclae totis viribus oppugnarent.  
Idque Florentiae praesertim, ubi sodales illi e  
domo Bardia viri peritissimi Corsus, Rinuccinus,  
Guidiccionius anno iam MDCXIV de Petri Aloisii  
scriptis veluti de antiquitatis reliquiis ferebant  
sententiam, pulcherrimis iis quidem, sed in  
museo reservandis. Ac profecto novae artis  
oblectamentum et gaudium tantum iam in po-  
pulo erat, ut strenui quamvis atque multi  
adhuc superessent sacrarum traditionum pro-  
pugnatores et Praenestini fidelissimi discipuli,  
eos tamen brevi oportuerit inaequali pugna su-  
peratos e campo abiisse.

Quinimo tunc primum psalmorum quoque sacri  
concentus, quos XIV iam a saeculo nemo violave-  
rat, immutari paulatim coeperunt et multiplicari,  
pariterque corrupti. Tunc enim nonnulli pri-

(1) Dum quaestio haec, post Pontificias regulas de sacra  
musice latius agitatur, placet iterum eam in commentario  
nostro attinere, summam hodie referentes orationis, quam  
Ioannes Tebaldini, Lauretanæ scholæ magister peritissimus,  
recens Florentiae habuit.

num versiculi e psalmis nonnullis soluta magis forma cani audit sunt; deinde, geminato choro, hinc inde duplicabantur voces atque ad invicem sese variis concentibus responderunt, quae, sub psalmi fine, in unum copulatae ingentem chorūm concentumque componebant, magnum eum quidem et altum, sed divinis sacris, ut Pius PP. X mox declaravit, indignum omnino.

Tunc Romana, quae celeberrima fuit sumorum magistrorum schola, quibus nomen Gulielmus, Raimundus, Basilius aliquie usque ad Aloisium Aldega, tum Bonarroti, tum eius asseclae maximi Laurentii Bernini insistens vestigiis, quod hi marmore et aere tholis atque

in templis et simplicem magis fieri, et magis gravem, et conciliandae pietati maxime accommodatam. Quapropter curavit primum ut Gregoriani ipsi cantus ad purissimam et antiquissimam formam emendarentur; mox vero ut proprii quoque musices concentus Praenestiniani magistri exemplis insisterent potius, quam theatrorum profana spectacula aemularentur; et non minimam vim ad instaurandam in animis pietatem musices quoque e viva fonte deduci posse ratus, eam legem edidit, quae inter praeclarissima Pontificatus eius acta diu recensabitur.



Piraei portus prospectus.

columnis fecerant, saecis quoque concentibus efficere conata est, non modo ut splendidissimam musices quoque artis formam Dei sacra donaret, prout illi aras magnifica arte sua condecoraverant, verum etiam ut sive psalmodiorum sive hymnorum sensus, motus, verba maxima ea vi musices sonitibus exprimerent, quam aestuanti suo ingenio edere datum esset, utque Davidiae poeseos afflatum adhibito quovis vel potentissimo artis lenocinio summa efficacia redderent.

Tunc Romanum exemplum Europam omnem, praesertim Latinam, pervasit, neque iam nullus erat qui recordaretur qua ratione populi voces cum sacerdotum vocibus essent inter sacra Dei cumulanda, nec quisquam secum reputabat, non spectantis modo in templo sibi manendum, sed orantis simul atque cum sacerdote psallentis esse adeundum.

Sed haec quoque omnia Pius PP. X voluit instaurare in Christo. Qui Venetiarum in conspectu, omnium ob artium prodigia celeberrimo in loco quum diu hactenus vixerit, pulcherrima antiquitatis opera respiciens et contemplans et per tempora eius magnifica demiratus, intellexit tandem quoniam pacto musices sacra ars ad templorum deus esset instauranda. Quae pariter diu ante Pontificem eadem sententia opinati fuerant Wagnerius, Verdius, Spontinius ipseque Ruskinius, quem in dicendi initio revocavimus, unanimiter rati musices artem, quae templis inserviret, aliam omnino esse oportere, quam quae spectaculis choreisque intervenit.

Hac igitur mente Gregorii Magni hodiernus pontifex documenta revocans, musicam voluit

appareat, sui tamen gloria nominis universum etiamnunc mundum replet.

In summa vero urbis arce Minervae templum eminent adhuc, candidum civibus olim Palladium Phidiacum, ubi Deae signum recondebatur. Templum plane ditissimum Pericles cura exstructum fuisse summa in arce rescivimus, qui esset tutelaris urbis locus, ut Romae, in Capitolina arce templum Iovis, qui omnem supra urbem eminebat. Phidiaca Minerva ex arce urbem tutabatur, cuius ad aram longam per viam supplicantes et sacrificantes ascendebant et ducebantur choreae, et sacri concentus ingeminabantur.

Templum facie et marmoribus inter omnia lectissimum, temporum iniurias atque barbarorum pariter sua ab aree depulisse diu visum est. Verumtamen bellantibus adversus Turcas, Peloponnesiaco novissimo bello, Venetiarum classibus, cui dux praeerat Morosinus, ignitae pulveris acervum in templo reconditum est. Forte tamen imprudenti, ignivomi tormenti ictus eius in parietes percussit globumque incensum immisit. Correptae statim igne pulvres omnes exarserunt et magnam templi partem evertent in terram, cuius ruinae vestigia per omne solum hodie lugendae patent.

At nihilominus lectissimi templi pulchritudinem optime aestimare licet, unde in Athenarum urbem optimus est prospectus atque laetissimus.

## COLLOQUIA LATINA

Duos inter monachos

hoc temporum nequitia e Galliis in Italiam exsulanter  
Leandrum abbatem et Placidum novitium (1)

**LEANDER.** — Iam nunc Italiae fines attigimus; et hic saltem, ut spero, tutus consistam; vitae genus illud, quod in patria terra olim ab infantia impune aggressus sum, prosequi licebit; Dei laudes statis temporibus in die eaelestium more decantare, in sacras lectiones incumbere, et opportune litterarum studiis vacare, atque etiam, ut moris est, apud nostros, agrorum cultui insundare. Hic indumenta illa, quae iam induerunt patres venerandi, et Nursius in primis, deferre nefas non erit. Proh! pudor hodie despectae vestes, quibus quondam togae, et chlamides regales cederent.... Revisamne ego quod olim laetus in patria adspexi, aut exsul decadam desertus....

**PLACIDUS.** — Mi pater, quantus tibi cordi dolor inest! Putas ergo in Galliis de re catholica aetum esse! Nec nobis olim patrios remeare fines concessum, ut saltem postliminio ea recipere, quae nobis hostiliter ablata sunt, valeamus? Evidem desperandum videtur, fore ut pietati publici reddantur honores; aequales enim, quis neget, tanta disciplinarum evolutione elati, nihil sibi in rerum natura abdum autumant, et ideo dominationem quamlibet spernere; audaces omnia perpeti, per vetitum et nefas procaces ruere, ignemque ae-

(1) Dictum in Seminario Ventimil. ob litteraria solemnia an. M DCCC VII.

theria subduxisse e  
caelum ipsum blas  
ausus huiusmodi re

L. — O mi Placi  
cidas, nec existimes  
qui nunc patriae no  
tra Deum pugnare to  
trias fugimus oras, n  
tum! Invidis tribun  
videntur, nec tam  
debilitatum esse dic  
trueulentasque tur  
catholici nominis e  
sternere non valeat.  
doceat, quae nos, o  
mus olim. Tanta est e  
nulla tenebrarum ca  
Obvolvas undique e  
densas undequaque  
ceu furtive, appareat

P. — Collapsa e  
spectam apud nostr  
sam, dolemus, aliqu  
torum turbae proflig  
tatis restituta? Ah! I  
non videtur, quum  
culentia invaserit,  
seipsos rerum omni  
Tunicatus popellus  
antea maxima ven  
pedibus veluti pro

L. — Ausculta fi  
nedictus noster leg  
quae tibi nunc prop  
rieulo propemodum  
vita excedam, nec  
sam; at te, quem i  
niunt aurae, quanta  
atque admirabilia! I  
efflante spiritu, cat  
decident, disparate  
mordaci icta ferro, a  
euro impulsa caden

## IN GRAECIS

**R**EDEUNTE Italico rege Graecis e litoribus ad horas Siciliae, ubi Magnae Graeciae graecoque nomine et sanguine urbes antiquitus floruerent et hodie quoque divitiarum et amoenitatis fama omnes apud gentes insignes habentur, commentarii nostri lectoribus novae Graeciae visus aliquot proponere iuvabit.

Iamque primum prostat Piraei portus ostium, omnes apud gentes praeclarum, quem olim Pericles moenibus et vallo munivit. Erat enim portus appulso facilis, receptu tutissimus, quadraginta navium capax et quinque millia passuum ab Athenis distans. Eum Themistocles longo deducto muro cum civitate optime coniunxerat, qui murus προτείχη appellatur. Portus vero nunc nova facie, novis praeceinetus domibus, maritimis vero operibus arte novissima munitus appellenti occurrit; laetusque iam inde e fluctibus urbis prospectus patet, ad quam nemo sane accedit, qui animum plane suum commoveri vario ac multiplici sensu non experiatur. Inde enim sibi effingit memoria classem proficisci, quae apud Salaminam Persas fudit atque demersit, vel hue appellere mente videt theoriam Delphis redeuntem, quae Socratis dies intereoepit. Modo autem non triremes aut velis motae naves, sed vapore aetae et electride commerciorum ex omni regione copias, fruges, opes Athenas deferrunt, atque urbis incrementum procurant, quae, lieet adhuc ambitu et multitudine haud ingens

loria nominis universum  
splet.  
pis arce Minervae tem-  
candidum civibus olim  
ubi Deae signum re-  
plane ditissimum Periclis  
summa in arce rescivi-  
s urbis locus, ut Romae,  
ampum Iovis, qui omnem  
t. Phidiaca Minerva ex  
cuius ad aram longam  
et sacrificantes ascen-  
shoreae, et sacri concen-

marmoribus inter omnia  
iniurias atque barbaro-  
ree depulisse diu visum  
tibus adversus Turcas,  
imo bello, Venetiarum  
eerat Morosinus, ignitae  
templo reconditum est.  
i, ignivomi tormenti ictus  
sit globumque incensum  
im igne pulveres omnes  
templi partem everte-  
ninae vestigia per omne  
patent.

simi templi pulchritudi-  
licet, unde in Athenar-  
prospectus atque laetis-

## A LATINA

monachos  
aliis in Italiam exsulanies  
**Placidum** novitium (1)

Italiae fines attigimus;  
tutus consistam; vitae  
tria terra olim ab in-  
sum, prosequi licebit;  
ibus in die caelestium  
s lectiones incumbere,  
studiis vacare, atque  
hostros, agrorum cultui  
illa, quae iam indu-  
Nursius in primis, de-  
pudor hodie despectae  
togae, et chlamides  
samne ego quod olim  
, aut exsul decedam

quantus tibi cordi  
Gallis de re catho-  
olim patrios remeare  
m postlimnio ea re-  
iter ablata sunt, va-  
andrum videtur, fore  
ntur honores; aequa-  
a disciplinarum evo-  
rerum natura abdi-  
ominationem quam-  
nnia perpeti, per ve-  
ruere, ignemque ae-  
mil ob litteraria solemnia



Athenarum urbis prospectus.

theria subduxisse e domo veluti se gloriantes  
caelum ipsum blasphemō ore petunt. Quis ergo  
ausus huiusmodi retundere valeat?

L. — O mi Placide, ne nimium animo con-  
cidas, nec existimes impune futurum, quod ii,  
qui nunc patriae nostrae rerum potiuntur, con-  
tra Deum pugnare tentaverint! Nos quidem pa-  
trias fugimus oras, nec illie consistere nobis da-  
tum! Invidis tribunorum oculis omnia arridere  
videntur, nec tamen Dei brachium quisquam  
debilitatum esse dicat, ut aliquando hostiles  
truculentasque turmas, quae in praesens in  
catholicī nominis cultores debacchantur, pro-  
sternere non valeat. Historia, vitae magistra, te  
doceat, quae nos, oculis veluti nostris, perspexi-  
mus olim. Tanta est enim veritatis lux, ut illam  
nulla tenebrarum caligo diu obducere valeat.  
Obvolvas undique caelum nimbis, umbrasque  
densas undequaque deducas, en fulgor eminus,  
ceu furtive, appet, frangitque nubes.

P. — Collapsa ergo religio, quam nos de-  
spectam apud nostros, contumeliisque oppres-  
sam, dolemus, aliquando relevabitur? insectato-  
rum turbae profligatae, tempora antiquae pie-  
tatis restituta? Ah! pater mi, hoc mihi futurum  
non videtur, quum homines tanta animi tru-  
culentia invaserit, ut Dei cultum negantes  
seipso rerum omnium arbitros unice dicant!  
Tunicatus popellus ipse nos irridet; et quae  
antea maxima veneratione habebant patres,  
pedibus veluti proculat.

L. — *Ausculta fili,* verbis utar quibus Be-  
nedictus noster leges ordinis sui exordiebatur,  
quae tibi nunc propono. Ego quidem vitae cur-  
riculo propemodum exacto, in alienis regionibus  
vita exceedam, nec patria claustra iam revi-  
sam; at te, quem iuveniles adhuc circumve-  
niunt aurae, quanta manent, et quidem laeta,  
atque admirabilia! Tempus erit, quo divini oris  
efflante spiritu, catholicī Nominis insectatores  
decident, disparebuntque, non secus ac pinus  
mordaci icta ferro, aut cypressus elata in agris  
euro impulsa cadent. Ignominia torvos eorum

vultus notabit, quum repente alma Fides candi-  
dis velata pennis se denuo adspiciendam praebit  
stupente populo civibusque, qui devotis  
cohortibus insperatum prodigium mirabuntur.  
Tunc enim, plaudentibus undique catholicorum  
turmis, patrias repetes oras, claustra profanis  
expurgata signis revises, divinoque cultui ite-  
rum destinata gaudebis aedificia, e quibus ex-  
turbati sumus. Quinimo praesules infulati chri-  
stifidelium turbis in templis, in foribus bene  
precati, caelestia eloquia expriment, divinaque  
Redemptionis mysteria, quae nunc propemodum  
celata manent, palam pronuntiabant. Io trium-  
phe, mihi liceat etiamnunc dicere, io trium-  
phe; Superi Galliarum tutores palmas adpara-  
te vinctrices, rosas liliaque plenis manibus  
spargenda accumulate per auras....

P. — Mi pater, quae praesago pectore, vehe-  
mentique oris eloquio, profers, me movent qui-  
dem; at me, tanta tristitia affectum, solari non  
valent! Quā enim fieri potest, ut efferata per-  
duellum corda mulceantur et quod nunc veluti  
opprobriosum despiciatur, aliquando laude digne-  
num, atque honoris praemium habeatur!

L. — Dilecte mi, ne nimia animi tristitia ab-  
sorberi patiaris, nec divinarum scripturarum  
edicta obliviscaris — non est prudentia, non  
est consilium contra Dominum. Perdam pru-  
dentiam prudentum, et sapientiam sapientum  
reprobabo. — Nonne calliditas dolosaque verba  
catholicam fidem quondam expugnantum, qui-  
bus adeo iamdiu patres nostri movebantur, dein,  
ceu fumus, evanuerunt, atque in vulgi contem-  
ptum abierunt? Procax impiorum cohortis co-  
ryphaeus, qui blasphemō eloquio salibusque  
protorris in catholicam fidem adeo invectus  
erat, ut eidem dissolutionem stato tempore ve-  
luti imposuisset, quamvis magnis erectus ho-  
noribus, interque suos grandaevus in patriam  
exceptus esset, cecidit; tantaque ignominia  
eidem superfuit, ut eiusdem dieteria, nefando-  
que iocos nemo cordatus hodie coram proferre  
audeat. Nonne ex historia hausisti quomodo  
superiori saeculo ineunte Christi Evangelii lux,  
non solum in Galliis refulserit, sed et Britanniae  
et Americae incolas, et immensas Oceaniae oras,  
quae tune primum civilem cultum excipere vi-  
debantur, novis aueta triumphis inviolata per-  
vaserit. Et mirum! Frusta regum praesidium  
inibi quaeras, vanique honoris lenocinia, nec  
armorū strepitū, quae tumentes impiorum  
kopias expugnare tentaverint; immaculata Reli-  
gio, humanis, ut plurimum, deserta subsidiis,  
tanta sibi aptavit trophya; quid ergo adhuc  
times...?

P. — Iam iam, Pater dilectissime, cogita-  
tiones novae meae subeunt menti, novaque so-  
lamina meum pectus pertentare videntur; nunc  
exsilii angustias squallidamque rerum orbita-  
tem, quae inventuti meae adeo arridebant, ani-  
mosus atque fortis sufferre tentabo, quum tanta



Minervae templum in arce Athenarum.

rerum fiducia, atque spes aliquando patriam revisendi arrideat?

L. — Gratulor tibi, Placide, quod tandem tristes nimis sensus exueris et nova spe suffultus, etiam alienis in oris suscepsum vitae genus prosequi valeas. Attamen quae tibi splendent, meam senectutem non tangunt! Verum, quae tu videbis prodigia, ego e caelestium sedibus, si Deus dabit, adspicere gaudebo.... Sit finis sermonibus, quibus te huecum extollere studui.... At te, Ansoniae tellus, quae nos, veluti extores, grato hospitio excipis solatumque tantum rerum nostrarum angustiis praebes, deoseuler mihi liceat, et de tanto munere sit tibi propitius Omnipotens, tibique, et de rore caeli et de pinguedine terrae abunde largiatur.

CALLISTUS AMALBERTI.

## ACTA PONTIFICIA

SS. D. N. Pii PP. X allocutio habita in Consistorio d. XV mens. Aprilis M D C C C C VII.

Venerabiles Fratres,

Festivitas dominicae Passionis, quae nuper adfuit nobis, inter exultationes spiritualium gaudiiorum, iterato veluti documento nos monuit Ecclesiam Christi sponsam, in humanae regenerationis opere prosequendo et in colluctatione quam ideo habet adversus mundum te nebrarum harum, non ad solatia in hisce terris vocari, sed ad aerumnas atque labores. Audivimus scilicet ipsum Caput nostrum de se asserens: *Nonne haec oportuit pati Christum...?* (1). Quo autem praecessit gloria capititis, eo spes vocatur et corporis: quod utique non tantum de victoriae laetitia, verum etiam credendum est de labore certaminis. — Haec porro est, Venerabiles Fratres, quae Nos erigit fides atque inter aspera rerum sustentat; ut, fidentes non in Nobis sed in Deo, parati simus, in apostolatus munere sanete integreque implendo, pressuras omnes ac tribulationes perpeti. — Neminem autem vestrum latet, inter multiplices quae abundant passiones Christi in Nobis, conditio nibus, in primis, vehementer Nos angi, quibus Galliarum Ecclesia asperioribus utitur in dies; quae quidem eo magis Nos habent anxious, quo intensiore gentem mobilissimam caritate complectimur. Vere enim dolores eius dolores esse Nostros testamus; sicut et gaudia illius gaudiis Nostris adnumeramus. — Profecto, qui gentem illam nunc moderantur, non hoc contenti quod paeta et conventa iustissima suo marte rescedint, quod Ecclesiae bona per vim eripuerint, quod veteres solidasque Gallorum glorias repudiarint; eo omnem operam intendunt, ut e popularium suorum animis religionem evellant penitus; id autem ut assequantur, extrema quaeque et urbanitati gallicae prorsus nova au dent, iure quolibet tum privato tum publico iniuriosissime violato. Hinc porro egregios Galliarum Episcopos et elerum, inde vero Apostolicam ipsam Sedem calumniati, suspiciones animis inseruisse student mutuamque fiduciam con-

(1) Luc. XXIV, 26.

vellere, ut, si fieri queat, illorum ac Nostram in Christi fide Ecclesiaeque iuribus vindicandis firmitudinem frangant. — Praeterea, cavillatione apertissima, gallicae instituta gentis in duetamque rei publicae formam cum atheismo confundere nituntur enique omnigena divinorum oppugnatione; eo scilicet spectantes ut quemlibet interventum Nostrum in religionis apud nos negotiis, quem a Nobis officii sanctitas exigit, iniustitiae convineant; simulque populis suadent Nos, dum Ecclesiae tuemur iura, popularis regiminis adversari formam, quam equidem et agnivimus semper semperque observavimus (1).

Deo utique grates sunt, quod scrutati iniquitates nunc etiam defecerunt scrutantes scrutinio. Enimvero ea Antistitum sacrorum fuit inter se concordia plane mirabilis, ea eorumdem et cleri ac fidelium cum Apostolica Sede coniunctio, ut ad illos pervinceudos nihil astus ac fallacie adversariorum valerint. — Id autem, Venerabiles Fratres, Nobis est causa cur laetiora speremus, diesque salutis Gallorum Ecclesiae atque genti tot malis afflictae adfuturos. Nos equidem adamatae gentis persequi bonum nullum plane tempus intermittemus; quod adhuc fecimus, faciemus porro; caritatem invidiae, erroribus veritatem, probris ac maledictis obiciemus veniam; desiderantes unice assiduoque gemitu exorantes ut qui tam obfirmate atque aeriter utilitates sua gentis laudesque veras proculeant, desinant tandem religioni sanctissimae invidere: dataque Ecclesiae libertate, quotquot sunt, non modo catholicarum partium, verum etiam humanitatis quomodo cumque atque honestatis amatores, communis Nobis bono patriaeque sua prosperitati adlaborent.

Haec, Venerabiles Fratres, communicanda vobis voluimus, ut simul moeroris Nostri ac fiduciae participes habeamus. — Iam ad amplissimum Collegium vestrum supplendum libet animum adiicere. Quam ob rem viros aliquot eximos creare Cardinales decrevimus; qui omnes in episcopalibus muniberibus aut legationibus gerendis diligentia, integritate, rerum usu praestiterunt. Hi autem sunt:

ARISTIDES CAVALLARI, patriarcha Venetiarum,  
GREGORIUS MARIA AGUIRRE Y GARCIA, archiepiscopus Burgensis,  
ARISTIDES RINALDINI, archiepiscopus tit. Heraclensis, nuntius apostolicus in Hispania,  
BENEDICTUS LORENZELLI, archiepiscopus Lukanus,  
PETRUS MAFFI, archiepiscopus Pisanus,  
ALEXANDER LUALDI, archiepiscopus Panormitanus,  
DESIDERATUS MERCIER, archiepiscopus Mechliniensis.

Quid vobis videtur?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et Nostra, ereamus et publicamus S. R. E. Presbyteros Cardinales:

ARISTIDES CAVALLARI,  
GREGORIUM MARIA AGUIRRE Y GARCIA,  
ARISTIDES RINALDINI,

(1) Ps. LXIII, 7.

BENEDICTUM LORENZELLI,  
PETRUM MAFFI,  
ALEXANDRUM LUALDI,  
DESIDERATUM MERCIER.

Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis. In nomine Patris ♡ et Filii ♡ et Spiritus ♡ Sancti. Amen.

## EX SS. CONGREGATIONIBUS ROMANIS SENTENTIAE NOVISSIMAE SELECTAE

Ex Congregatione Indicis.

In Indicem librorum prohibitorum quae sequuntur opera nuper relata sunt:

Mgr. LÉOPOLD GOURLAT. *Les Mystères sataniques de Lourdes à travers les âges.* — Paris, 1905.

JUOZUPAS AMBRASZEJUS. *Trumpas Rymo-Katalieu Katedzmas.* — Vilnius, 1906.

G. I. E. COMBE. *Le secret de Mélanie Bergère de la Salette, et la crise actuelle.* — Roma, 1906.

JOSÉ DOMINGO M. CORBATÓ. *El immaculado San José.* Apuntes vindicativos de su concepción purísima, su honor de esponso, sus derechos de padre, su primacia restauradora. Artículos publicados en « La Señal de la Victoria ». — Valencia, 1907.

Ex Congregatione Sacrorum Rituum, Indulgentiarum et SS. Reliquiarum:

— In Missa solemni, quando organa pulsantur nec tamen *Graduale*, *Offertorium* et *Communio* cantentur, haec recitanda sunt vox alta et intelligibili, iuxta mentem Caeremonialis Episcoporum lib. I, e. XXVIII n. 7 et deer. n. 2994 *Montis Politiani* d. X mens. Ian. M D C C C L I I ad II, et n. 3108 *S. Marci* d. VII mens. Septembr. M D C C C L X I ad XIV et XV. Est autem laudabilius ut partes illae, organo cessante vel comitante, adhibitis libris authenticis cantus gregoriani cantentur. (Ex deer. d. VIII mens. Aug. M D C C C V I).

— Episcopus rochetto et mozzetta indutus quum Missae solemnii assistit non habet assistantiam canonicorum, incensum non imponit nec benedicit, nec benedicit subdiaconum post Epistolam, nec diaconum ante Evangelium cantandum, nec librum Evangeliorum osculatur. Semel tantum thurifexatur post oblata, pacem accipit a diacono Evangelii, et in fine Missae populum non benedicit. (Ex deer. d. XXIII mens. Novemb. M D C C C V I).

— Episcopus qui sacram Communionem extra Missam distribuit debet benedicere more solito dicendo: *Sit nomen Domini benedictum, etc.* et efformando tres crucis. (Indid.).

## DIARIUM VATICANUM

(Die XXI mens. Mart. - d. XXI mens. April. M D C C C C VII)

Coram SSmo admissiones.

Praeter Purpuratos Patres, Urbanos Antistites aliquosque viros, qui sui cuiusque munieris gratia Pontificem de more adiverunt, peculiari nota digni sunt iuxta admissionis diem: Aemilius de Ojeda y Perpignan, novus Hispanorum legatus apud Apostolicam Sedem; Bruno Chaves legatus extraordinarius et minister cum omni potestate e Brasilia; Henricus Garcia Restrepo, legatus extraordinarius et minister cum omni potestate e Columbiana republica; Raphael Errázuriz Urmoneta, legatus extraordinarius et minister cum omni potestate e republica Chilensi; Albertus Blancas, negotiorum gestor Argentineae rei-

publicae apud A... talbo eodem mu... nicana; Galeazzu... dinis Hierosolym... cum summo con... De Antas, Lusita... litum praefectus; revño viro Th... p. Bernardus ex... imperatore missu... maxima regni su... norum e Germani... ricus Restrepo Ga... administer cum o... blicae apud Apost... pleta, in patriam e... puzano Marquez, regrinorum manus Coburg princeps; revm̄ vir Alafri... tholici Parisiensis vania a Mikes Co... dynasta, cultuum Raphael Merry del... gatus apud Apost... Lucensium, Pisano... ad grates Pontific... erum senatum co... bianen. ab emō ca...

Pont...  
Em̄us vir Sebas... natus deputatur.

— Ad Italiae se... episcoporum ad se... adessent delegati s... episcopus Tiburtin... vir Petrus La Fon... gione Beneventana Urbe abbas, pro re... brosius Riccardi, regione Apula; re... generalis Tusculan... vir Petrus Cistern... regione Lucana; r... Pontificii Seminari... revm̄ vir Gusta... Apostolici Leonian... inferiore; r. v. Fa... Faentini, pro regio...

Vita fu...

Die XXIX mens. S. R. E. Cardinalis et Equestribus Pon... terbi natus d. III m... erum Senatus co... M D C C C X C V I; vir p...

Die xv mens. Ap... storium a Pontifice ordine Presbyteroru... patriarcha Venetiar... Garcia, archiepiscop... archiepiscopus tit. I... in Hispania; Benedi... Lucanus; Petrus Ma... xander Lualdi, archi... ratus Mercier, archie... die atque in publico... pluribus dioecesis... gentes Pastore prov...

— Quum Argentin... stituset firmam leg... tificem ponere, tamq...

publicae apud Apostolicam Sedem; Aloisius de Montalbo eodem munere fungens pro republica Dominicana; Galeazzus Thun de Hoenstein, Supremi Ordinis Hierosolymitani Melitensis magister maximus cum summo consilio Ordinis sui; Michael Martins De Antas, Lusitanorum legatus; De La Madelain militum praefectus; manus peregrinorum ex Americis a revmo viro Thoma Hiecklev coram adductorum; r. p. Bernardus ex Ordine Capulatorem ab Aetioporum imperatore missus ut autographas litteras et insignia maxima regni sui Pontifici offerret; manus peregrinorum e Germania a Müller doctore adducta; Henricus Restrepo Garcia, legatus extraordinarius atque administer cum omni potestate Columbianae reipublicae apud Apostolicam Sedem qui missione sua expleta, in patriam est revocatus; una cum Arthuro Campuzano Marquez, a secretis eiusdem legationis; peregrinorum manus ex Hungaria; Philippus Saxoniae-Coburg princeps; Iulius Deschio, Comes Vicentinus; revm̄us vir Alafridus Brandillart, rector Instituti Catholicii Parisiensis; manus peregrinorum e Transilvania a Mikes Comite coram adducta; Vladimorow dynasta, cultuum exterorum moderator in Russia; Raphael Merry del Val dynasta, olim Hispanorum legatus apud Apostolicam Sedem; legati Venetorum, Lucensis, Pisanorum, Panormitanorum Romam missi ad grates Pontifici agendas ob episcopos suos in sacrum senatum cooptatos; manus peregrinorum Ambianen. ab emō cardinali Mathieu coram adducta.

#### Pontificiae electiones.

Em̄us vir Sebastianus Martinelli quaestor S. Senatus deputatur.

— Ad Italiae seminaria invisenda utque coetibus episcoporum ad seminaria ipsa ordinanda convocatis adessent delegati sunt exc̄m̄us vir Prosper Scaccia, episcopus Tiburtinus pro regione Campana; exc̄m̄us vir Petrus La Fontaine, episcopus Cassanen. pro regione Beneventana; r. p. Ioannes Del Papa, S. Pauli de Urbe abbas, pro regione Calabrica; revm̄us vir Ambrosius Riccardi, vicarius generalis Feretran. pro regione Apula; revm̄us vir Caesar Cerretti, vicarius generalis Tusculan. pro regione Aprutiorum; revm̄us vir Petrus Cisterna, vicarius generalis Albanen. pro regione Lucana; revm̄us vir Philippus Minio, rector Pontificii Seminarii Vaticani, pro regione Umbriae; revm̄us vir Gustavus Provveduti, rector Collegii Apostolici Leoniani de Urbe, pro regione Romana inferiore; r. v. Franciscus Lanzoni, rector Seminarii Faentini, pro regione Tuseorum.

#### Vita functi viri clariores.

Die XXIX mens. Martii, Romae, Aloisius Macchi, S. R. E. Cardinalis Diaconus, Secretariae Brevium et Equestribus Pontificis Ordinibus Praefectus, Viterbius natus d. IIII mens. Martii MDCCCXXXII, in Sacrum Senatum cooptatus d. XXXI mens. Novembr. MDCCCVI; vir pietate insignis.

#### Varia.

Die XV mens. Aprilis in aedibus Vaticanis consistorium a Pontifice habetur, in quibus Cardinales ex ordine Presbyterorum creantur Aristides Cavallari, patriarcha Venetiarum; Gregorius Maria Aguirre y Garcia, archiepiscopus Burgensis; Aristides Rinaldini archiepiscopus tit. Heraclensis, nuntius apostolicus in Hispania; Benedictus Lorenzelli, archiepiscopus Lucanus; Petrus Maffi, archiepiscopus Pisanus; Alexander Lualdi, archiepiscopus Panormitanus; Desideratus Mercier, archiepiscopus Mechliniens. — Eadem die atque in publico consistorio d. XVIII mens. April. pluribus diocesibus tum in Italia tum apud exteriores gentes Pastore providetur.

— Quum Argentinae reipublicae gubernium constituisse firmam legationem gentis sua apud Pontificem ponere, tamquam legatus extraordinarius et

administer cum omni potestate ei praefectus est Albertus Blancas doctor, iam tres annos negotiorum ipsius civitatis gestor apud ipsam Apostolicam Sedem.

#### GERMANI PIO X ROMAE OBSEQUENTES

Die XXI mens. Aprilis, quo die Ecclesia festum Patrocinii S. Iosephi celebrabat, SS. D. N. Pius X, in aula amplissima Consistoriali aedium Vaticanarum, coram admisit frequentissimam Germanorum coronam. Horum plerique (erant autem trecenti ac plures numero) ex archidioecesi Coloniensi profecti fuerant, duce Archiepiscopo, Cardinali Huberto Antonio Fischer; hisque se adiunxerant totidem ad minus Germani, Romae demorantes. Eminentissimus ipse vir, lingua usus latina, egregie expressit Germaniae catholicae in Sedem Apostolicam obsequium et pietatem. Quibus auditis Pontifex Maximus paternum animum aperuit omnem, plurimumque laetari se dixit de religiosa libertate, qua in Germania nunc gaudent catholici, deque ipsorum in vera Fide constantia et alacritate, atque in Petri cathedrali inconcessa devotione. Haec quum fusius clara et penetranti voce, partim latine partim italice, evolvisset, germanice etiam declarata voluit per Rectorem Collegii Theutonici, cui ab Anima nomen. Mox amantissimus Pontifex, lente per medium deambulans aulam, concioni universae, hinc inde per varios ordines in genua volutae, dextera saepius elevata, Apostolicam Benedictionem impertivit. Grati vero de tanta Pontificis benignitate, Germani in duos eruperunt religiosos cantus, in quibus viriles ac femineae voces miram explicuerunt concordiam, potentiam ac suavitatem. Alter e cantibus actum eliciebat christiana Fidei; alter prima stropha erat hymni *Te Deum*, quo more solet in Germania decantari. Quae cantica, germanice prolati, ut Pontifex probe intelligeret, rogatus est qui haec scribit, ut ea latini versibus redderet, quod et hisce tentavit iambis:

#### I.

*Nos o beati, quos tibi delegeris,  
Rex Christe Iesu, milites!  
Praei, sequemur; audiemus quae sacris  
dores iubesque Litteris.  
Castris renidet in tuis concordia,  
et vera lux, et sanctitas.  
Hinc nulla vis, hinc nec cruentus abstrahet  
nos ense stricto carnifex.*

#### II.

*Tuam, Deus, potentiam  
cantamus admirabilem;  
te prona tellus Maximum,  
te grata laudat Optimum.  
Regnator ante tempora,  
regnabis, aevum dum fluet.*

FRANC. X. REUSS.

#### ANNALES

##### Oudja urbs a Gallis occupata.

Mauritanorum seditiones inopinatum ad extum perductae sunt. Quum enim Mauchamp, Gallus medicus, ibi iamdui moratus, insano incolarum furore petitus armata manu fuerit atque imperfectus, Gallorum legatus statim occasionem nactus est ut Galliae iura fortiter vindicaret. Igitur Liautey militum praefectus

iussum est, coacto milite, Mauritani imperii fines transgredi atque Oudja urbem armis occupare. Id reapse factum est peditibus equitibusque, nullo Manitanorum oppugnante, urbsque in dictinem Gallorum pro tempore redacta. Pax et quies per populos sunt illico instauratae, atque regis primus minister Mohammed-el-Torres ad Gallorum legatum Regnault sese contulit, promisitque se quidquid Galli petiissent sponte et libenter facturum. Reliquae autem gentes Gallorum gestis unanimes planserunt, neque ulla earum fuit quae hisce ausibus sese opponeret. Dum vero exspectantur regis decreta, Galli urbem muniunt, gentiumque legati, Tangeri in urbe capite, de vigilum manu ordinanda decernunt.



##### Rumenicae seditiones.

Haec inter gravissimae seditiones Rumenos inter agricolas ortae sunt. Annonae caritas eorum causa; at forte Russorum quoque instigatorum pessima consilia, quae agricolas impulerunt ut armata manu in dominos insurerent et urbes usque obsidione praecingerent. Oportuit itaque missis cohortibus, alis, bellisque tormentis obsidentes turbas repellere et vim vi oppugnare, quod, ut par erat, non sine sanguine contigit. Israelitae praesertim, qui parva per oppida latosque per agros multa possidebant, non leve ex inopina seditione bonorum rerumque detrimentum accepere. Cantacuzenus autem, qui collegio administratorum praeerat, hisce de causis ab aemulis oppugnatus locum cedere coactus est Sturdza collegae, qui optimis suffragiis acceptus fuit.



##### Haganus coetus de pace.

Haga in urbe Batava pacis coetus iterum cogendus paratur. Iamque Americana in norde terra, Chicagine in urbe, Carnegie distissimo illo loriarum mercatore praeside, eius praeludia fausta quidem optimorumque auspiciorum plena audita sunt. Verumtamen quia Britanni rogationem de minuendis armis navigisque allaturi videbantur, Borussici Imperii legati abituros sese iamiam minitati fuerant. Sed Russici Caesaris modo edictum apparuit nuntiantis, quae praesertim rogationes omnium cum consensu gentium a legatis essent concordi animo executi. Itaque si Iberi forte, Anglique et Americani aliqua de minuendis armis sint proposituri, Iaponii, Germani Austriique contra rogationem suam auctoritatem interponent. Ideo quid utile aut saltem commodum ex tanto conventu sit exoriendum haud facile quisquam enuntiare poterit.



##### Rapallensis conventus.

Tripli foederis ligamina vetera innovata prudenter vario modo dies novissimi ostenderunt. Primum enim Franciscus Iosephus imperator ad firmandam suorum populorum concordiam et pacem Pragam ad urbem iter fecit, ab universa civitate incredibili plausu exceptus et consulatus, ita ut Germanorum atque Bohe-

morum concordiam hisce modis reconciliandam senex Imperator optime sibi assumpserit.

Modo Bulowius, Borussici Caesaris administratorum collegio praefectus, Italiae petivit Ligurum litus, ibique, Rapallo in oppido, Tittonio, Italo externarum relationum administratio, occurrit, atque de pactione Italica et Borussica communi firmando atque fovenda diu fertur esse collocutus. Eam ob rem Borussorum metus dissipati sunt de parum fideli forte Italorum amicitia saepe concepti, quia non semel tum circa Haganum, qui paratur coetum, tum in Algecirano, qui habitus nuper est, Italorum placita cum Borussicis impetratis minus convenire visa sunt. Sed utilitatis fovendae ad invicem desiderium ita potens est, ut hasce brevi nubes diluere et disperdere valeat, quod iam Rapalli est optime cautum.



#### Graecorum feriae.

Mox vero Italorum rex Victorius Athenas profectus est solemniter, ut Georgium regem ex parte sua visitaret, quem paulo supra, ut suo tempore narravimus, Romam exceptit. Athenienses advenientem hospitem in credibili pompa et plausu exceperunt eumque honoribus et amicitiae signis cumularunt optime. Vetusta enim amicitia atque animorum similitudo, quae maiorum glorias et memorias Italica pariter Graecisque communes facit, nepotum quoque in mentibus ita facile revivisit, ut recens quoque novissimo in bello apparuit, quum Itali tirones Graeca sub vexilla in cohortes adnumerati non sine gloria pugnarunt. Regis igitur Italorum visitatio cum universi populi gaudio occurrit, eiusque in honorem in novo Athenensi stadio olympico modo Iudi habiti insignes.



#### Regum alia colloquia.

Rediens vero Victorius rex e Graecia, Syracusas ad urbem siculam et Graecorum olim insignem coloniam, appulit, eamque lustravit. Ex insula autem profectus Caietam petiit, atque eius circa portum medio in mari cum Eduardo, Anglorum rege, convenit atque de publicis rebus eum eo est collocutus.

Revertebatuine Eduardus Iberico ex portu Novae Carthaginis, ubi Iberorum regem Alfonsum salutaverat atque cum eo tum de Marianis rebus, tum de Hagani coetus pactionibus, tum de Iberorum classi renovanda erat, prout dictatur, amice conversatus.



#### Londinensis solemnia.

Londini autem, Britannici imperii in urbe capite, solempni modo pax nova confirmata est ex coloniarum Britannicarum coetu, eni quidem Botha quoque ille adfuit, Boerorum copiis olim praefectus; hodie vero Transvaalianae reipublicae minister primus. Cuius praesentia concordiam viatos inter atque viatores felicissime restitutam optime ostendit, quam Angli consecuti sunt, prudentissime Boerorum reipublicae summam, quam poterant, libertatem concedentes. Londinensis urbis euriōnes Botha illum honoris causa civitate donarunt.

### PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS

In Anglia Asquith vir, qui publico aerario praest, de publicis divitiis disertam orationem habuit, atque pecuniae summam dinumeravit, quae in publicam utilitatem eroganda superest.

In Belgica De Nayer, qui administratorum collegio praerat, suo loco cedere repente coactus est ob fodinarum legem, quam legati populares respuerunt. Eius in locum De-Trooz iri delectum modo praenunciant.

In Bulgaria Goudew, administratorum praeses, rogationem de iure edendorum librorum coerendo obtulit probatamque retulit.

In Gallia, silentio publici coetus strepit, de regestis ex archivo Pontificii legati iniuria direptis disceptatio quotidiana in diariis est vana passim. Delecta interim ex popularibus legatis manus ea documenta illustrat diligenter, ut causam eriminis aucepatur.

In Montis Nigri principatu Radovitch, administratorum praeses, suo munere abdicavit. Eius in locum Tomanovith est electus.

In Serbia popularium legatorum coetui qui praesit Vesnits, olim legatus ad Gallos, deputatur: modo vero ad Iunium mensem comitia dilata.

In Russia legatorum popularium discordiae flagrant in dies, deque caritate annonae sublevanda delecti legati maximis iniuriis cumulantur. Tumultus autem et seditiones, aucta quotidie, fore praenunciant, ut et novus hic legatorum coetus decreto Caesaris dimittatur.

### PER ORBEM

Die XXI mens. Martii M DCCC VII sylvae circa Verbanum lacum in Italia igni incensae late comburuntur, damna ingentissima passim afferentes.

— d. XXIII Petropoli moritur Constantinus Petronich Pobjedonoszew, Sanctae Synodi procurator apud Russos, Moscoviae natus anno M DCCC XXVII.

— d. XXV incendium, qua de causa exortum latet, Planay oppidum ad Lachambre in Sabaudia vastat. Aedificiorum globi viginti duo in einerem reducuntur; puella una decem et septem annos nata flammis misere absimitur.

— d. XXIX curruum series vapore actorum ab urbe Nova-Aureliana S. Francisci urbem recto tramite maximaque velocitate petentium ex limitibus improviso exit, unde mortui viginti et sex viatores, vulnerati autem centum et ultra.

— d. III mens. Aprilis Bitlis, urbs Tureicae Armeniae, ingenti terra motu quatitur. — Similia ex insula Sancti Michaelis ad Delgada promontorium in Atlantico oceano nunciantur.

— d. VII Solettae diem obit supremum Bernardus Hammer, qui plures munere praesidis Helvetiorum reipublicae funetus est.

— d. XI ferae tribus Ontario laevis ferriviam ad viginti millia passuum ab urbe Chateau Ottawae provinciae evertunt, efficiuntque ut curruum series, demigrantibus onustorum, pes-

sum eat. Inde currus ipsi partim in lacum propelluntur, partim concremantur, luctuosa quidem plurimorum viatorum caede.

— d. XIII e Sinis annonae caritas in dies gravescens nunciatur. Famelicae turbae ad anthropophagiam usque converti feruntur.

— d. XVI ingens terrae motus Thilpancingo et Chilapa, Mexicanas urbes, subvertit.

— d. XVIII vulcanus Puyfine in Valdisia provincia Chilensis reipublicae ignium eruptionem patitur, qui sylvas late circum incidunt, ingenti incolarum terrore.

— d. XIX Germanorum insulae Eoril, spectantes inter ortum solis et septentriones Carolinarum insularum, « tipone » pessum dantur.

### AENIGMATA

#### I.

*Ultima si capit quae vocem littera compleat  
Additur, extemplo bestia parva liquet.  
Totum saepe solet tantum circum dare finem,  
Callida ne carpat pendula poma manus.*

#### II.

*Totus despicitur; pollet primo; obstrepit alter*

*Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad Commentarii moderatorem miserint intra menses duos, unus, sortitus, gratis accipiet opus, cui titulus:*

#### JOSEPHI SCOPA CARMINA.

Aenigmata an. X, n. II proposita his respondent:

1) P - ars; 2) Cicer - o.

Ea rite soluta miserunt:

Petrus Tergestinus. — Aug. Zaboglio, *Novocomo*. — Senior Astensis. — F. Arnori, *Mediotano*. — Petr. Zierler Ord. Cap., Bregenz. — Rich. Müller, *Berolino*. — Theresia Venuti marchionissa, *Roma*. — Ioan. Rappel, *Aureliano*. — F. Guerra, *Aletto*. — N. W. *Vaalstio in Batavia*. — Call. Amalberti, *Albo Intemelio*. — I. Walter, *Neo-Eboraco*. — I. Ortiz, *Moretio*. — Rich. Brondel, *Brugis*. — Alois. Cappelli, *Senis*. — Rich. Lefebre, *Parisiis*. — Fr. Bonaventura, *Aterno*. — I. Rambaldi, *Genera*.

Sortita est praemium:

*Theresia Venuti marchionissa,*

ad quam missa est I. B. *FRANCESIA comoedia latinis versibus scripta, cui titulus:*

SATURIO.

### LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

*Socios et lectores admonere iurat, libros recens editos atque ad nos missos ut in Voce Urbis eorum notitia detur, apud administratorum nostrum, nisi contra aperte declaretur, minime venundari. Si quis igitur alterum eorum sibi cupiat, petat necesse est ab editore, quem semper indicamus.*

De claris sodalibus provinciae Taurinensis Societatis Iesu commentarii conscripti et exornati a P. SALVATORE CASAGRANDI ex eadem provincia. (Excudebat Augustae Taurinorum Iacobus Arneodus eques, Curiae Archiepiscopalnis officinator librarius an. Chr. M DCCC VI). — Ven. lib. 7 beneficio *Missionum Montium Saxorum, Californiae et Alaskae S. I.*

CARD. ALFONSO CAPECELATRO. *La Santa Messa.* Lettera pastorale. (Romae edid. Desclée, Lefebvre et Soc. M DCCC VII). — Ven. lib. 0,25.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Pacis, Phil. Cuggiani.

(Passim retractavit hodiernisque scenis aptavit I. F.)

ZEN. Scelus,  
Scelus tremendum! Petitur Augusti caput.  
O proditor! Agnoscis Harmatii manum?  
Sebastiane, cinge praesidio reum.  
Vigil sub armis miles excubias agat  
Stipetque ferro regiae limen domus! (1).

Fauste!

LONG. Beate!

ZEN. Prosper ad portum Notus  
Incoepita vexit.

LONG. Orbis aurati globum  
Fortuna pulchro turbine ad nutum rotat.

ZEN. Rumpare livor. Sceptra Longinus capit.

LONG. Dum res sub ictu est, frater, ulterius preme.  
Tumultuantis metuo ne vulgi favor  
Eripiat hostem, morte nisi propera cadat.  
Urge tribunal; arbitros causae lege  
Praeoccupatos.

ZEN. Teneo. Secludo moras (2).

## SCENA VI.

URBITIUS, ZENO, LONGINUS.

ZEN. Optatus ades; effare: Quo res est loco?  
URB. Placatus auro miles aeternos tibi  
Apponit annos. Tartaro Harmatii caput  
Furiisque devovet. Arma dein iussu meo  
Posuere turmae, pacis aestivae sinu  
Otia secuti. Quina specioso cohors  
Fulgens in aere signa per muros tenet,  
Factura ludos Marte simulato, novum  
Inauguratus scandet ubi frater thronum.  
ZEN. Dextram, favoris pignus, Urbiti, cape.

EXPLICIT ACTUS IV.

## ACTUS V.

## SCENA I.

ZENO, LONGINUS, PELAGIUS, SEBASTIANUS, URBITIUS,  
PROCLUS, PHILARGUS, EPHEBI, ERASTUS, MILITES.

ZEN. Proceres, Eoi decora, Zenonis favor,  
Quos insolentis arbitros causae lego.  
Favete caelo, cuius haud unquam fides  
Sic fluctuanti dubia nutavit gradu.  
Regnator orbis, regna fundavit Deus,  
Regnisque reges, regibus sceptri deus;  
Sceptro timorem iunxit ac fidem sui  
His stare regno columen aeternum reor.  
Quae qui revellit, culmen imperii pari  
Trahit ruina. Veniat in forum reus (3).  
Sebastiane, sustine Augusti vicem.

(1) Rapitur in vincula Pelagius, et exeunt omnes praeter Zenonem et Longinum.

(2) Dum pergit, ingreditur Urbitius.

(3) Adducitur Pelagius inter milites.

SEB. Si frontis idem semper ac mentis foret  
Simul theatrum, causa Pelagii foret  
Orata simul. At scena dum frontis patet,  
Latebrosa mens est. Saepe frons animum clepit,  
Pudor impudicum, fieta maiestas gravem,  
Fides dolosum, summa cupientem modus,  
Amor invidenter, mitis immitem sonus,  
Virtus timentem, pacis osorem quies,  
Pietas profanum, iuris imimicum Themis,  
Simulata prorsus vita fallacem tegit.  
Tantum subesse regio monstrum lare  
Ferunt Pelagium.

PEL. Falsa mendaces ferunt.

SEB. Testare, pubes (1).

EPHEB. I. Testor ante aras Iovem  
Coluisse.

EPHEB. II. Coluit.

EPHEB. III. Iuro.

EPHEB. IV. Coniuro.

PEL. Bene est.

Tantum probavit scelus epheborum cohors?

PROCL. Hanc fulminantis coluit effigiem Iovis,  
Ignes Olympi testor.

PHIL. Attestor.

URB. Probo.

LONG. Bis ternus actum testis evincit nefas.

ZEN. Recita tabellas, Procle: clarescat dolus.

PROCL. (2) Harmatius Pelagio salutem. — Quae sit imperii  
calamitas, ex tuis intellexi. Quid queris? Tyranni  
clarum tenent; nos dolorum magnitudo poene obruit.  
Labes familiae illata est; stare non possumus, nisi  
fato eorum, per quos iacemus. Ubi classicum so-  
nuerit, habes quem sequare. Nostri cetera. Interim  
cura, ut strenue rem geras. Vale. — Idibus Augustis  
ex castris suburbanis.

LONG. Audis, Ulysses, generis humani lues,  
Tonantis osor? Iam tuba inflata cane:  
« At si minaces igne sanguineo comas  
Trahens cometa regnet, heu quantum solo  
Instat malorum! » O pestis invisae ferax!  
Hoc ille frontis horror agitabat tuae?  
Hoc moestus aevi cursus? hoc morum rigor  
Plusquam Catonis? Hoc supercilii polum  
Utrumque librans arcus! O fallax Sinon!  
Patuere tandem vulpis annosae doli;  
Patuere scelera. Per Stygem poenas dabis!

PEL. Tuere caelum, terra quem peragit reum;  
Proba innocentem. Ducat ex Orcu licet  
Ambitio turmas; spargat invidia luem;  
Vomat ore nigrum virus, emoriar libens.  
Dicor profana mente veneratus Iovem:  
Crimen tremendi sceleris! Ego turpis colo  
Simulacra monstri? Calco portenti nefas (3).  
Negat peractae purus aetatis tenor,  
Sincera virtus, casta mens, veri sequax  
Cultrixque Numinis, Orbis Eoi fidem  
Imploro, vitae conscientiam ac testem meae.

(Ad proximum numerum).

(1) Quatuor ephebi in testes adducuntur.

(2) Recitat fictas Harmatii litteras.

(3) Arripit e manu Procli effigiem Iovis eamque terrae allisam  
conculetat.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS  
Comm. VOX URBIS in an. MDCCCCVII.

Pretium annuae subnotationis est in Italia Libell. 4,80;  
ubique extra Italiam Libell. 6,25; Doll. 1,25; Seh. 5; March. 5;  
Rubl. 3; Coron. 6,25 *recto tramite* mittendum ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM  
COMMENTARII "VOX URBIS", POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM  
ROMAM, via Alessandrina, 87.

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA:

Ex subnotatoribus quisque KALENDARIO a *Voce Urbis* expresse edito fruetur.

Qui socios novos comparaverit duos pretiumque eorum subnotationis miserit, subnotationem gratis omnino sibi habebit.

Qui triginta socios novos comparaverit ante Iulium mensem – bibliopolis exceptis – dimidiatum pretium itineris habebit a quovis Europae loco ubi vivat Romam usque, atque inde in domum suam, secunda, prouti vocant, ferriveharum classi usus.

Qui sexaginta socios novos comparaverit uti supra, eodem itinere gratis omnino fruetur.

Kalendis Ianuariis MDCCCCVII "cumulativa", subnotatio instituta est inter comm. *Vox Urbis* et Romanum diarium *Corriere d'Italia*.

Ven. in Italia lib. 18; apud exteras gentes lib. 34,50.